

9.  
IN NOMINE  DOMINI AMEN.

LEGE S

&  
STATUTA

COLLEGII JURIDICI

*Almae Universitatis Cracoviensis,  
post Conflagrationem ejusdem Collegii ex occasione PP. so-  
cietatis Jesu, Anno Domini 1719 Die 26 mensis Julii factam*

CONSCRIPTA,

*necnon*

*Unanimi consensu Perillustrium, Reverendissimi,  
Illustrium, Clarissimorum et Admodum Reve-  
rendorum Dominorum Doctorum et Professorum  
supramemoratum Collegium inhabitantium*

RECEPTA

*ac*

APPROBATA

*Anno*

*2<sup>vo</sup> Christi Vs Leges expresse stat VI t.  
& Ipse eas adimplevit.  
can. Ideo permittente. S. His ita respondet. 2<sup>a</sup> q. 1.*

**L**eges et Statuta, quæ omnium hominum constringunt vi-  
tas, intelligi ab omnibus debent, ut universi præscripto ea-  
rum manifestius cognito, vel inhibita declinent, vel per-  
missa sectentur. l. Leges sacratissimæ. C. de Legib. et Constit.  
Princip.

**P**rima salus est, rectæ fidei regulam custodire et à  
constitutis Patrum nullatenus deviare. can. Prima sa-  
lus. 25. q. 1.

**C**ontra Patrum Nostrorum saluberrima agimus in-  
stituta, si quod ipsi divino statuerunt consulto, inta-  
ctum non conservamus. can. Ideo permittente. 25. q. 1.

**E**a, quæ ab Antecessoribus instituta sunt, nullâ de-  
sidiâ negligantur, nulla diffensione violentur, nulla  
concertatione turbentur. arg. can. amputato. can. Cum-  
pid. et can. Ecclesiasticæ. 25. q. 2.

**N**on est tamen reprehensibile, si secundum varie-  
tatem temporum statuta quandoq; variantur, præ-  
sertim urgente necessitate, vel evidenti utilita-  
te. c. Non debet. de Contrangvinit. et Affinit.

